

*2014 PRETIUM  
PETRONIANUM*

*2. Platz*

**Nadine Komenda**

**Tutorin:**

**Maria Hollmann**

## **Ergänzung zu Liv. 8,18,1-10 (mordende Matronen)**

### **Vorwort**

Diese Ausgabe fasst mehrere – teilweise nur fragmentarisch erhaltene – Bücher einer Rede gegen Livius, offenbar der Täuschung des Volkes und der Verwendung heimtückisch tötender Substanzen angeklagt, zusammen. Im Mittelalter wurden diese Texte fälschlicherweise Cicero zugeschrieben, die Lebensdaten schließen dies aber mit relativer Sicherheit aus. Bislang gibt es keine Hinweise auf den möglichen Autor. Die Debatte um die Echtheit des Textes spaltet die aktuelle Forschung und wird derzeit sehr hitzig geführt. Die meisten Forscher werten ihn seit Wilamowitz als grobe Fälschung, wahrscheinlich aus dem Mittelalter selbst. Sie führen als Argumente an, dass es keine weiteren Hinweise für eine Anklage gegen Livius gebe und dass so gut wie keine Magieprozesse aus seiner Zeit bekannt seien. Des Weiteren seien die eher grobschlächtigen und leicht zu durchschauenden Anlehnungen an Ciceros Reden kaum als ernsthafte Strategie eines Anklägers zu erwarten. Schließlich sei auch das Vokabular an vielen Stellen ungeklärt und deswegen schwer zuzuordnen. Forscher um Fritz Graf wiederum werten ihn als einen den bisherigen wissenschaftlichen Stand in Frage stellenden Fund. Sie erklären die Anlehnungen an Cicero oftmals als Interpolationen aus dem Mittelalter, vermutlich bedingt durch die falsche Zuschreibung.

## INCERTI AUCTORIS ACTIONIS IN LIVIUM SECUNDAE LIB. I 36

*Quo usque simulata mendacia tua, Livi, patiamur?*

*Livius scribit: 'Ceterum in eo parvi refert quid veri sit. Illum pervelim – nec omnes auctores sunt – proditum falso esse venenis absumptos quorum mors infamem annum pestilentia fecerit; sicut proditur tamen res, ne cui auctorum fidem abrogaverim, exponenda est.' At tu, Livi, omnium nostrorum animos decepisti, cum maximum testem praetermitteres, e volumine tolleres. Recita Q. FANNI VATIS TESTIMONIUM...*

*...haec sunt de quibus mulieres collocutae sunt inter se. Cornelia dicere coepit: ,nos medicamenta epotare iubemur, ut innocentiam nostram declaremus. O quantam contumeliam! O audacissimam ancillam! Quis audet nobis quidquam imperare? Si domina eius essem, iam pridem mortua esset.'*

*Sergia respondit: ,Si contumelia esset, pati possemus eam, mortem cogimur pati, si ita facimus.' Matrona autem inter eas aliqua erat, quae Tarquinia appellabatur. Ea non omnia medicamenta statim interficere insidiose proposuit: Si praetenderent mortifera quaedam venena medicinas esse, quarum alterae numquam a salvo, sed tantum ab aegerrimo, alterae numquam simul bibendae esset, se efficere posse, ut venena sola, quorum remedia haberent, epotarent.*

*Hoc consilium comprobavissent – Cloelia quaedam vero intercedens docuit neminem eas res crediturum aut sine probatione accepturum. Se mortem non vitare posse. Malle bene mori, ut populus Romanus homicidas huius ordinis etiam sua crimina praestare diceret, quam ab ancilla capitis damnari. Omnes haec verba secum volverunt, denique Tarquinia respondit: ,verba tua sapientia sunt. Eamus aequo animo ad inferos! Adversariae vero nostrae nos sequentur.'*

*Tantum odium vivorum erat, ut mors aemularum iis consolationi esset. Sed etiam nunc, iudices, iste contendit se non fallere populum Romanum. Quid enim? Scivisti nonne quae FANNIUS, cum tute imperavisses, elicuerit? Immo vero te ipsum veneficiis uti dissimulare voluisti. Quo modo iste nuper testem ligaverit, quaeso, cognoscite!*

2 scribit SDµ 9 serva SD sura FG ancilla scripsi 11 Sergia... ita facimus om.  
FG 13 medicamentae FG medicamenta SD 19 serva iterum scripsi 25 cecinerit  
SD vaticinatus sit K praedixerit FG 26 artibus nefandis SDT venenis K  
venenis malis FG